



CSimiliter autem se habebit & i particularibus syllogismis, quando priuatiua quidem propositio & vniuersalis fuerit, & necessaria: & conclusio erit necessaria. Quando autem predicatua vniuersalis fuerit necessaria, priuatiua vero particularis non necessaria: non erit conclusio necessaria. Sit enim primum priuatiua, & vniuersalis necessaria & a, b quidem nulli contingat inesse, c autem alia cui insit, quoniam ergo conuertitur priuatiua: & b, nulli a contingat inesse, a autem, alicui c inest, quare ex necessitate alicui eorum quae sunt c, non inerit b. Rursum sit predicatua & vniuersalis & necessaria: & ponatur ab d b quidem prædicatiuum, si ergo a, omni b ex necessitate inest, c autem alicui non inest: quoniam non inerit b, alicui c manifestum, sed non ex necessitate. Nam iudicium termini erunt ad demonstrationem, qui in vniuersalibus syllogismis: sed nec si priuatiua necessaria est particulariter sumpta: erit conclusio necessaria. Nam per eosdem terminos demonstratio.

Decimi Cap. nota.

Aristoteles in demonstrationibus conclusionum: vt itur non contingit inesse, loco huius necessarium est non inesse, eadem enim sunt, & aequae possunt ut in secundo p̄p̄i Ep̄muñē/ā cap. tertio vīsum est. Et contingens hoc in loco & possibile idem.



Termini a, b, c, animal, homo, album: duabus rationibus superioribus suffra gabantur. **Q**uod autem in quarto secundæ figura vniuersali, affirmativa de necessario, & particuli negativa de inesse, sequatur conclusio de inesse: hoc ideo est quod pro ea que necessaria est ad maius extreum posita absoluta & de inesse simpliciter, ex meris absolutis fieri syllogismus ad tandem conclusionem ex tercia conclusione quinti cap. ac necessariam propositionem semper comitatur absoluta simpliciter, haud secus atque illam sequi demonstrata est propositionis possibilis. **T**ermini pro eodem quarto modo, propositione ad maius extreum absoluta & assumptione necessaria iudicem qui & superiores, sed aliter ordinadi. Nam praecipue ponendum: a, homo, b, album, c, animal. Et si ita videatur: apertius, manifestiusque, vigilans pro albo ponatur. & cognoscitur eo modo non fieri syllogismum quando propositione absoluta ad maius extreum collocata est de inesse, vt nunc hoc pacto: quicquid vigilat est homo (id est ita nunc esse habere ponatur) & aliquod animal ex necessitate non est homo: non ex necessitate accedit, aliquod animal ex necessitate non vigilat.

Sylogismi secundæ figuræ demonstrati
m: xii ex absoluta & necessaria.

I	e 1	Necessarium
	a 1	Inesse simpliciter
	e 1	Necessarium
II	a 1	Inesse simpliciter
	e 1	Necessarium
	e 1	Necessarium
III	e 1	Necessarium
i 1	Inesse simpliciter	
o 1	Inesse simpliciter	

Qui ex monstratis facile intelligi possunt
et si eos non monstraret Aristoteles.


III	a 1 Inesse simpliciter	I	e 1 Inesse
	o 1 Necessarium		a 1 Necessarium
	i 1 Necessarium		e 1 Necessarium
V	e 1 Inesse simpliciter	II	e 1 Inesse
	a 1 Necessarium		a 1 Necessarium
	i 1 Necessarium		e 1 Necessarium
VI	a 1 Inesse simpliciter	III	e 1 Inesse
	e 1 Inesse simpliciter		i 1 Necessarium
	c 1 Necessarium		o 1 Necessarium
VII	e 1 Inesse simpliciter	IV	a 1 Necessarium
	i 1 Necessarium		o 1 Inesse
	o 1 Inesse simpliciter		o 1 Necessarium
VIII	a 1 Necessarium	V	a 1 Inesse ut nunc
	o 1 Inesse simpliciter		o 1 Necessarium
	o 1 Inesse simpliciter		o 1 Necessarium

Asyllogisti

Cæteri (vt in absolutis) sunt communes, quare ex absolutorum descriptione accipi possunt, Quadruplicati tamen iudicem ad conclusionem nunc absolutam, nunc necessariam possunt: sed hæc intelligentiæ le prompta ingerunt. Non ab re igitur huiuscæ rei omittenda descriptio,

PARAPHRASIS CAP. DECIMI.

Ecum Cap. conclusions dicitur. **P**rima coclusio. In secunda figura altera propositionum existente de necessario, & altera de inesse, si priuatiua vniuersalis necessaria sit, & conclusio erit necessaria. Si autem affirmativa necessaria sit, non erit conclusio necessaria. Et est primum vniuersalis priuatiua necessaria, & omni b ex necessitate non inesse, omni autem c, solum in sit a. dico necessario eueniere, omne c ex necessitate non est b. Nam quia vniuersalis priuatiua omne b ex necessitate non est a conuertitur, vera erit omne a ex necessitate non est b. & similiter posita vera, omne c est a. quare per primam figuram necessario euenerit, omne c ex necessitate non est b. Et id (vt demonstratum est) per id quod est de nullo dictum. Nam et si aliquod est eorum quae sunt a. Et similiter si necessaria vniuersalis negativa ponatur ad minus extreum, hoc pacto omne b est a & omne c ex necessitate non est a, dico necessario contingere omne c ex necessitate non est b. Nam si omne c ex necessitate non est a, quia reuertitur acutus reuertitur, etiam omne a ex necessitate non est c. & omne b positum est esse a, quare omne b ex necessitate non est c. Nam facta est prima figura, & quia omne b ex necessitate non est c, similiter conuertitur, etiam omne c ex necessitate non est b, comitabatur igitur oē ex necessitate non est b, necessario primas propositiones, acq̄ fieri syllogismus. **N**unc autem demonstrandum est si affirmativa propositione sumatur necessaria, non aportare conclusionem esse necessariam. Nam si omni b ex necessitate in sit a, & nulli c solum in sit a, dico non necessario prouenire omne c ex necessitate non est b. Nam conuertita negativa nullum c est a, sit a prima figura hoc pacto, nullum a est c & omne b ex necessitate est a. Atqui in prima figura monstratur est si vniuersalis priuatiua quae est ad maius extreum, necessaria non est, conclusionem non effici necessariam, quare neq̄ hic ea quæ de necessario colligetur conclusio. **P**reterea si sit conclusio necessaria hoc pacto, Omne b ex necessitate est a, & nullum c est a, igitur omne c ex necessitate non est b, accidet aliquod a ex necessitate non est c, quod minime poterit. Quod autem id accidat demonstratur. Nam quia colligi ponitur conclusio necessaria, vera erit omne c ex necessitate non est b, quare & per conuersionem omne b ex necessitate non est c. & posita est vera omne b ex necessitate est a, vera etiam est per conuersionem aliquod a ex necessitate est b, per primâ igitur figurâ, aliquod a ex necessitate non est c, nihil prohibet a homini accipere, cui omni c contingat c inesse. **I**n sup nos ipsi terminos apponentes facile valemus ostendere conclusionem non esse necessariam, vt his positis terminis, necessarium est conclusio non esse necessariam. vt esto a animal, b vero homo, & c album. Similiter autem & propositiones sumptus sint, omnis homo ex necessitate est animal, & nullum album est a, al. Nam contingit nulli albo inesse animal, propter hæc evenit nullum album esse hominem, at non id ex necessitate, quodquidem contingit aliquod album esse hominem, non tam simili & quidam nullum album est animal, quare cum hæc sint, ex necessitate evenit conclusio nullus.



autem & ex terminis: manifestum, sit enim a quidem vigilatio, b autem bipes in quo autem c, animal, ergo b, alicui c necesse est inesse. a autem oī c contigit. & a non necessario b, non em̄ necesse est: aliquem bipedem dormire vel vigila-
re. similiter autem per eosdem terminos ostendetur etiam si a c, sit particularis
& necessaria. **C**Si autem hic quidem terminorū sit prædicatiuus, ille priuatius & conclusio erit necessaria. Si enim a, nulli c ex necessitate contingit, b aut. alicui c inest: ne-
cessitate est a, alicui b non inesse. qn autem affirmativa necessaria ponetur vel vni-
uersalis, vel particularis, vel priuatua particularis: non erit conclusio necessaria.
Nam alia quidem eadem que & in prioribus dicemus. T ermini autem cū vni-
uersalis quidem affirmativa est necessaria, vigilatio, animal, homo, mediū, hō-
cum autem particularis prædicativa necessaria, vigilatio, animal, albū, animal
enim necesse est alicui albo inesse, vigilatio autem contigit nulli, & non neces-
se est alicui animali non inesse vigilationem, quando autem priuatua particu-
laris est necessaria, bipes, motus, animal, medium animal. **M**anifestum igitur
quoniam inesse quidem non est syllogismus, si vtręq; propositiones non sunt in
eo quod est inesse, necessarij vero est, & altera solum existente necessaria. **I**n
vtręq; autem & affirmatiuus & priuatius existentibus syllogismis, necesse est
alteram propositionem similem esse conclusioni. dico autem similem, si inesse
quidem, inexistem. si autem necessaria, necessariam. **Q**uare & hoc palam,
quoniam non erit conclusio neq; necessaria neq; inesse, non sumpta vel necessaria
vel quæ inesse significet propositione. Igitur de necessario quo modo fit &
quā differentiam habeat ad inesse, sufficenter pene dictum est.

Vndeclimi cap. nota.

Nam monstratum est in prima figura: secunda scilicet conclusione cap. noni. Sed videtur
deficere demonstrandi modus: quia non oportet si posita particulari necessaria in quartopri
mæ figura non sequatur conclusio necessaria, quod etiam posita vniuersali in secundo tertie
non lequantur eadem particularis, sed conuersus argumentum de modus: bonus potius esse vi-
deretur: neq; quoq; eadem colligetur in modo imperfecto. **C**um in quinto tertie particula-
ri necessaria priuatua, & vniuersali affirmativa absoluta affructur nō colligi conclusionem
necessariam id intelligendum est sumendo propositionem absolutam non simpliciter sed ve-
se extendit, ad absolutam vt nunc. Nam particulari necessaria priuatua & vniuersali affir-
mativa absoluta simpliciter, colligetur, vt ex demonstratione secundæ partis prima conclusio
decimiquarti cap. huius per equivalentiā cognoscetur velle Aristoteles. **E**x correla-
tis cognoscitur vt cum altera præmissarum necessaria fuit & altera absoluta, insuper & co-
clusio absoluta syllogismum illum non dici debere abolutum iudea de inesse, sed mixtum de
necessario. Syllogismum enim absolutum arque de inesse nescipit: cum vtraque proposicio
& conclusio absoluta est ac de inesse, de cuiusmodi discutuntur quartus, quintus, & sexto capitulo-
bus huius. Nunc autem subiectum designationem: quoniam modo tertij schematis, terriq;
que figura colligantur syllogismi ex absoluta & necessaria mixti.

a | Necessaria

I	a Absoluta simpliciter
i	Necessaria
e	Necessaria
II	a Absoluta simpliciter
i	Necessaria
a	Necessaria
III	i Absoluta simpliciter
a	Necessaria
III	i Absoluta simpliciter
i	Necessaria

o | Necessaria

V	a Absoluta simpliciter
o	Necessaria
e	Necessaria
VI	i Absoluta simpliciter
i	Necessaria
a	Facile monstrabiles
VI	a Absoluta simpliciter
a	Necessaria
VII	i Absoluta simpliciter
i	Necessaria
VII	a Absoluta simpliciter
a	Necessaria
VIII	e Absoluta simpliciter
i	Necessaria
VIII	a Absoluta simpliciter
o	Absoluta simpliciter

Quoniam inesse
quidem inesse ge-
nitivus est geniti-
vi ve locum ha-
bens.

nilbum est homo, sed non quæ sit simpliciter necessaria. **S**ecunda conclusio. Quando altera
de necessario & altera de inesse fuerint in syllogismis particularibus consimile euent, vt vni-
uersali propositione priuatua necessaria, fiat & conclusio necessaria, at vniuersali affirmativa ne-
cessaria & particulari negativa de inesse, conclusio non colligetur necessaria. **E**rsit primum
vniuersali priuatua necessaria, & omni b ex necessitate non inest a, & alicui c inest a, dico ne-
cessario euent, vt alicui c, ex necessitate non inest b. Nam quia vniuersali priuatua omni b
ex necessitate non inest a, conuertitur, omne a ex necessitate non est b. Et aliquod cesse a post-
sum est, per primam igitur figuram aliquod c ex necessitate non est b. Rursum sit vniuersali
affirmativa necessaria & ponatur ad b maius extreum affirmativa, dico non euenire con-
fusionem necessariam, vel si omni b ex necessitate inest a & alicui c non inest a, alicui quidem
non inerit b sed non id ex necessitate. Nam idem termini demonstrationi suffragabitur,
qui & in precedenti conclusione ad vniuersalum syllogismorum demonstrationem. Et neid
solum, sed nec si priuatua necessaria est & particulariter sumpta, syllogismo colligetur con-
clusio necessaria. Nam per eosdem terminos sit demonstratio.


De syllogismis mixtis ex altera necessaria & altera
absoluta in tertia figura Cap. XI.

Nostrema autem figura terminis quidem vniuersalibus ad
medium & prædicatiuus vtręq; propositionibus, si vtralibet sit
necessaria: & cōclusio erit necessaria. Si autem hæc quidem sit
priuatua, illa vero prædicatiua, quando prædicatiua quidem fue-
rit necessaria, & conclusio erit necessaria, quando autem prædi-
catiua non erit necessaria. **S**int enim primum vtręq; prædi-
catiue propositiones, & a & b, omni c inest, necessaria autem sit a c, quoniam
ergo b omni c inest. & alicui b inerit: eo quod conuertitur vniuersali particula-
riter, quare si a, inest omni c ex necessitate, & c, alicui b, & alicui b necessarium
in esse, nam b sub c est. fit igitur prima figura. **S**imiliter autem ostendetur: &
si b est necessaria, conuertitur enim c, alicui a, quare si omni c inest b ex necessi-
tate: & alicui b inerit ex necessitate, Rursum sita quidem priuatua: b c vero
affirmativa, necessaria autem priuatua, quoniam ergo conuertitur affirmativa,
erit c, alicui b, a: autem: nulli c ex necessitate. neq; a, alicui b inerit ex necessitate,
nam b sub c est. **S**i autem prædicatiua sit necessaria, non erit conclusio nec-
essaria. Sit enim b c priuatua & necessaria: a c autem priuatua & non nec-
essaria, quoniam ergo conuertitur affirmativa, inerit & c, alicui b ex necessitate. quare
si a quidem, nulli eorum quæ sunt c inest: c autem alicui eorum quæ sunt b: & a
alicui eorum quæ sunt b non inerit. sed non ex necessitate, ostensum est enim in
prima figura quoniam priuatua propositione non necessaria: nec conclusio erit
necessaria. **A**mplius autem & per terminos sit manifestum. sit enim a quidem
bonum: in quo b: animal, c autem equus, ergo bonū quidem cōtingit nulli equo
in esse, animal vero necesse est omni equo inesse, sed non necesse est aliquod animal
non esse bonum, siquidem contingit omne esse bonum, aut si non hoc possi-
ble, sed vigilare vel dormire terminum ponendum, omne enim animal suscep-
tibile est horum, si igitur termini vniuersaliter ad medium sint: dictum est,
quando erit conclusio necessaria. **S**i autem hic quidem vniuersalis, ille vero
particularis: prædicatiuus vterque quando vniuersalis fuerit necessarius: & con-
clusio erit necessaria. Démonstratio autem eadem que & prius. conuertitur enī
& particularis affirmativa, si ergo necesse est b, omni c inesse, a autem sub c est:
necesse est b, alicui a inesse, si autem b, alicui a: & a, alicui b inesse necessarium,
conuertitur enim. Similiter autem & si c, sit necessaria vniuersalis, nam b, sub
c est. **S**i autem particularis est necessaria: non erit conclusio necessaria. sit
enī b c particularis necessaria, a autem, inest omni c non tamen ex necessitate.
Conuersa ergo b c: prima sit figura, & vniuersalis quidem propositiō non
necessaria: particularis autem necessaria, quando autem sic se habebant pro-
positiones: non erat conclusio necessaria, quare nec in his. **A**mplius

i Necessaria	o Aboluta simpliciter
X a Absoluta simpliciter	XI a Necessaria
i Absoluta simpliciter	o Absoluta simpliciter
a Absoluta simpliciter	e Absoluta simpliciter
X i Necessaria	i Necessaria
i Absoluta simpliciter	o Aboluta simpliciter
Afflogisti.	
a Absoluta	a Necessaria
a Necessaria	o Necessaria
I i Necessaria	o Necessaria
c Aboluta	a Aboluta vt nunc
II a Necessaria	e Necessaria
o Necessaria	c Aboluta
III i Necessaria	i Necessaria
a Aboluta	o Necessaria
i Necessaria	
III a Aboluta	
i Necessaria	
i Necessaria	
Catera in collectiles σ'γ'γα hoc est coniugationes: vel quā facillime intelliguntur.	

PARAPHRASIS CAP. V NDECIMI.

V decimum Cap. conclusiones quatuor correlaria tria. ¶ Prima conclusio. In tercia figura extremis de medio vniuersaliter enunciatur, & utrisque propositionibus affirmatiis, utratus necessaria sit: & conclusio necessaria erit. Si autem propositionum haec priuatiua sit, illa vero affirmativa, cum priuatiua necessaria sit: & conclusio erit necessaria. cum autem predicativa necessaria: minime oportet vt conclusio euadat necessaria. ¶ Et sicut primo utræque propositiones vniuersales affirmatiæ. Et omni c ex necessitate inest a, & omni c inest b: dico aliquid b ex necessitate inest a. Nam quia vniuersalis omni c inest b, particulariter conuertitur aliquid b inest c. & postum est omni c ex necessitate inest a. Necesse igitur syllogismus. Omni c ex necessitate inest a, & aliquid b inest c: igitur aliquid b ex necessitate inest a. Et id per die de omni. Nam b sub c est. & fit idcirco prima figura. Similiter monstrabitur si vniuersalis necessaria ad minus extremum collogetur, vt si omni c inest a, & omni c ex necessitate inest b: aliquid b ex necessitate inest a. Nam quia vniuersalis omni c inest a, particulariter conuertitur: aliquid a inest c. & postum est vera omni c ex necessitate inest b. Tunc necesse primæ figura syllogismus. Omni c ex necessitate inest b, & aliquid a inest c: igitur aliquid a ex necessitate inest b, quia conuertitur: & aliquid b ex necessitate inest a. Eueniebat igitur necessario particularis, aliquid b ex necessitate inest a ad primas propositiones, quod erat monstrandum. ¶ Rursum sit vniuersalis priuatiua necessaria omni c ex necessitate non est a, & vniuersalis affirmativa de inesse omni c est b: dico aliquid b ex necessitate non esse a. Quoniam enim conuertitur vniuersalis affirmativa aliquid b erit c, & postum est omni c ex necessitate non esse a. syllogismus itaque per primam figuram hoc pacto. omni c ex necessitate non est a, & aliquid b est cigitur aliquid b ex necessitate non est a. Nam b sub c est. ¶ At affirmativa sit necessaria: non erit conclusio necessaria. vt sit b & vniuersalis affirmativa necessaria, omni c ex necessitate est b & vniuersalis negativa de inesse. & non necessaria nullum c est: dico non esse syllogismus, nullum c est a, & omni c ex necessitate est b, igitur aliquid b ex necessitate non est a. Nam quia conuertitur vniuersalis affirmativa: aliquid b ex necessitate inest a. At qui si nullum c est a, & aliquid b ex necessitate est c non euenit vt ex necessitate aliquid b non sit a, tametsi necessario eueniat aliquid b non esse a. Nam monstratum est in prima figura, negativa non necessaria & affirmativa (sue vniuersalis siue particularis sit) necessaria: conclusionem non esse neceſſariam, quare necesse erit in tercia figura. Præterea id idem positis terminis manifestum esse potest, vt esto a bonum, b animal, c equus manifestum est quoniam vera esse potest, nullus a equus bonus est, & omnis equus necessario a sit non sit iccirco, vt aliquid a al ex necessitate non sit bonum. Nam omni a al contingit esse bonum, qd si possibile non putas, vt nullus equus bonus sit, loco igitur boni ponamus aut vigilare, aut dormire, manifestum est veram esse posse nullus equus vigilat, & omnis equus ex necessitate est animal: at non aliquid animal ex necessitate non vigilat, quan doquidem omne animal ut vigilat contingat, possibile que sit, & hunc in modum, si dormire possum est. Omne enim a al horum suse pribile est. Itaque cum extremitermini de medio





87 vniuersaliter enunciatur: discussum est quando conclusio necessaria futura est, & quando non ex necessitate euentura. ¶ Secunda conclusio. Cum extremitermini terminorum vnuis de medio vniuersaliter, & alter particulariter enunciatur, & ambo affirmatiue, vniuersali propositione necessaria: & conclusio erit necessaria. ¶ Hic demonstratur utræque precedens, qd p. particularis affirmativa conuertitur. Sit ergo omne c ex necessitate b, & aliqui c inest ac colligetur aliquid b ex necessitate esse a. Nam quia particularis conuertitur: vt aliquid a inest c, & a sit sub c necessere est. & postum est omne c ex necessitate esse b. Per primam itaque figuram recte fit: omne c ex necessitate est b, & aliquid a est cigitur aliquid b ex necessitate est b & quia conuertitur etiam aliquid b ex necessitate est a, postum est primis propositionibus necessario eueniebat, vt a liquido b ex necessitate est a quod erat monstrandum. Et similis erit demonstrandi modus si vniuersalis affirmatione ad maius extremitum necessaria fuerit, vt omne c ex necessitate est a. Nam particulari conuertitur b sub c, fieri hoc pacto prima figura; omne c ex necessitate est a, & aliquid b est aliquid igitur b ex necessitate est a. ¶ Tertia conclusio. Extremis hoc pacto enunciatis, cum particularis est necessaria: non erit conclusio necessaria. vt sit particularis necessaria aliquid c ex necessitate est b & omne c sit an non colligetur aliquid b ex necessitate esse a. Nam conuerta particulari in hanc aliquid b ex necessitate est c: sit prima figura & demonstratur se est non fieri syllogismus vniuersali non necessaria, & particulari necessaria ratiocommodo ramen se habeant propositiones sic syllogismo. omne c est a, & aliquid b ex necessitate est c, igitur aliquid b ex necessitate est a. Igitur neque ex primis propositionibus si est syllogismus. Insuper id ex terminis dilucidit esse potest. Ut sit a vigilare, b, bipes, c animal, manifestum hanc veram esse posse, omne animal vigilat, & aliquid animal ex necessitate bipes est: at falsum est aliquid bipes ex necessitate vigilare: non enim necessere est aliquid bipes: aut dormire aut vigilare. Et per eosdem ostenditur maius re particulari necessaria: non fore conclusione necessaria, posito a esse bipes b vigilans, & c, animal. ¶ Quarta conclusio. Si extremitermini terminorum alter vniuersaliter, & alter particulariter enunciatur, vnuis quidem affirmatiue, & alter priuatiua, cum vniuersalis priuatiua fuerit necessaria: erit & conclusio necessaria, quando autem affirmatione necessaria ponetur, siue vniuersalis siue particularis sit: conclusio non erit necessaria. & simile evenit, cum particularis priuatiua ponitur necessaria. ¶ Vniuersali quidem priuatiua necessaria sit syllogismus, vt si omni c ex necessitate non inest a, & aliqui c inest b: etiam & aliquid b ex necessitate non inest a: eadem vt in prima conclusione demonstratio sit. ¶ At affirmativa necessaria quantacunque ea sit, aut particulari negatiua necessaria: non colligetur conclusio necessaria. Nam certa eadem que in superioribus ad id ostendendum nobis suffragabuntur, & etiam ex terminis ita esse apprehendetur. Vniuersali quidem affirmativa necessaria termini erunt b: vigilans, animal, homo, medium autem homo. Particulari affirmativa necessaria termini sunt: vigilans, animal, album. Nam fieri potest vt nulli aliquid b inest vigilans, & aliquid album ex necessitate est animal. At falsum est aliquid animal ex necessitate non vigilare. Nam est contingat vt nulli animali conuenientia vigilatio non tamen ex necessitate aliquid c non conuenient. Particulari autem priuatiua necessaria, termini sunt: bipes, moueri, animal, medium autem animal. ¶ Primum correlarium. Manifestum itaque esse potest non fieri syllogismus de inesse: si non viræque propositiones sint de inesse: de necessario autem contingere esse syllogismum: altera etiam solum existente necessaria. ¶ Secundum correlarium. In vtræque syllogismis de necessario siue affirmatiis, siue negatiis: alteram propositionem similem esse conclusione necessaria est: dico autem similem vt si conclusio de inesse sit, & propositionis de inesse. & si necessaria, etiam necessaria. ¶ Tertium correlarium. Quapropter & hoc insuper exploratum euadit: conclusione non necessariam neque necessariam neq; de inesse futuram esse, non sumpta propositione necessaria, vel quae inesse significet. Quomodo igitur sit syllogismus de necessario & quoniam pacto differat a syllo gismo de inesse: ferme sufficienter dictum est.

De contingenti non necessario.

90 Cap. XII. E contingente autem post hec dicemus: quidam, & quoniam, & per quod erit syllogismus. dico autem contingere & cōtingēs: quo non existente necessario, posito autem inesse, nihil erit propter hoc impossibile. Nam necessarium equivoce contigere dicitur. Quoniam autem hoc est contingens, manifestum ex affirmationibus & negationibus oppositis: nam non contingit esse, non possibile esse, & impossibile esse, & necesse est non esse, vel eadem sunt, vel sequuntur se inuicem. quare & opposita his contingit esse & non impossibile esse, & non necesse non esse: eadem erunt, vel sequentia seu inuicem. De omnibus enim affirmatiis, vel negatio vera. Erunt ergo contingens necessarium, & non necessarium contingens. ¶ Accidit autem omnes que secundum contingere sunt propositiones: conuerti sibi inuicem. dico autem non affirmatiis negatiis, sed quocunque affirmatiis habent figuram secundum oppositionem. vt ea que est contingit esse, ei que est contingit non

Secundo
negatiis
numero 21.



1

non alicui ali-
cui non

Secondo
mēsi' esq; ius
numero

esse. & ea quæ est cōtingit omni: ei quæ est cōtingit nulli, vel non oī. & quæ alicui ei quæ non alicui, eodem autem modo & in alijs, quoniam enim quod est contingens non est necessarium, & quod non est necessarium possibile est nō esse: manifestum quoniam si contingit a inesse b, contingit & non inesse, & si omni cōtingit inesse, & omni contingit non inesse, similiter autem & in particularibus affirmationibus, nam eadem demonstratio. Sunt autem h̄mōi propositiones, predicatiue, nam cōtingere: ei quod est esse, similiter ponitur, quemadmodum dictum est prius. ¶ Determinatis autem his: rursum dicimus quoniam continere duob⁹ modis dicitur. Vno quidem quod plerumq; fit, & deficit necessariū, vt canescere hominem, vel augeri, vel minui, vel oīno quod natū est esse. hoc enim nō continuum habet necessarium: eo q; non semper est homo, cum tamē homo est, aut ex necessitate aut vt in plurib⁹ est. Alio autē modo, infinitū quod & sic & non sic possibile, vt aīal ambulare, vel ambulāte fieri motu terre: vel oī no quod casu fit, nihil enim magis sic natū est, vel econtrario. ¶ Cōvertitur er 97 go & secundū oppositas propositiones vtrūq; contingens, non tamē eodē mō: sed quod natū quidē estesse ei quod non ex necessitate esse, sic enim contingit non canescere hominem, infinitū autē: ei quod nihil magis sic, vel illo modo. Disciplina autē & syllogismus demōstratiuus, ex infinitis quidem non est, eo q; inordinatum est medium. ex ijs vero q; nata sunt esse, pene orationes & considerationes fiunt, de sic contingib⁹ ex illis autē possibile quidē est fieri syllogismum, non tñ solet queri. hęc ergo diffinientur magis in sequentibus. nunc autē dicem⁹, qn, & quomodo, & quis erit syllogismus ex contingib⁹ ppositionib⁹. ¶ Quo niā autē contingere hoc huic inesse, duplicitē est accipere, aut enī cui inest hoc, aut cui contingit ipsum inesse, nā de q; b, a cōtingere, horū aliterū significat, aut de quo dicit⁹ b, aut de quo contingit dici, de quo aut b, cōtingere, aut oī b, possibile in esse a, nihil differt. ¶ Manifestum igitur quoniamā duplicitē dicetur a, oī b inesse contingere. Primum ergo dicemus si de quo c, contingit b, & de quo b, contingit a quiserit & qualis syllogismus, sic enī vtrūq; ppositiones sumuntur secundū contingere, quando autem de quo b est, contingita, hęc quidē inesse, illa vero contingens, quare a similibus figuris incipiendum quemadmodum & in alijs.

Duodecimi Cap. note.

De quolibet affirmatio aut negatio vera applicatur, quod cōtingit esse, falsum est nō possibilis esse, quare ipsum possibile est esse, & quod cōtingit esse falsum est impossibile esse, verū igitur quod cōtingit esse, nō impossibile esse, & hunc in modum ad reliquos modos comparando, nam de quolibet affirmatio aut negatio vera. Erit igitur contingens quod dicetur de necessario, & quod que potest ac possibile quodque cū possibili conuertitur. Et id dici potest contingens possibile, & cōtingens necessariū iuri, iure quidem possibile, quia cum possibili recurrit, reuertitur, necessariū vero, quia de necessario dicunt, & ipsum sequitur, rameli cū eo non cōuerterat. ¶ Propositiones contingens nō necessariū conuerti secundū contra positionem, si firmatus priuatius & contra priuatius affirmatius, nihil est aliud quam mutuas reverē te, & reciprocas, huiusmodi propositiones inter se seruare consequentiās. Et ita sentiendū est de negiūtū simpliciter, & negatiūtū priuatoꝝ inter se, primum monstrat Aristoteles, secundū ex opposito consequentis agnoscitur.

CANTECEDENTES

Affirmatiū simpliciter

O b contingit esse a

Q b contingit esse a

b contingit esse a

CONSEQUENTES

Conuertitur

Contrapolit⁹

Contrapolit⁹

Contrapolit⁹

CANTECEDENTES

Negatiū simpliciter

Non O b contingit esse a

Non Q b contingit esse a

Non b contingit esse a

CONSEQUENTES

Recurrunt

Non O b contingit non esse a

Non Q b contingit non esse a

Non b contingit non esse a

Pri.

XCII.

Contingens non necessarium diducitur, in contingens ut plurimum, in contingens rarum, in contingens indeterminatum, in definitūq; quod que & vtrūlibet dicitur. Id autē aduertē dum quod natū est esse, cōmuniū est q; contingens natū, nam eorū quae nata sunt, quedam necessaria sunt & quedam contingenta, vt animal natū est sensum habere, & ex necessitate sensum habet, & natus est adolescenti incrementum suscipere, & contingenter quantitatē mole attollitur, & accrescit & natus est senex canescere, & contingenter canicie perfunditur. Quo sit vt quod natū est: semper autē ut plurimum sit. Contingens autē natū quod ut plurimum est, sed a necessario deficit. Et id contingens in quod cōvertitur, contingens rarum appellare solent, q; rarer admodū aduenit. Et contingens in determinatum, aequē & vtrūlibet in contingens quod indeterminatum, quod que est, & vtrūlibet cōvertitur. Et in his sit que aequē, & indifferenter siue (vt aiunt) in his que sūst̄, dec̄ fiunt, tempore ramen secundū contrapositas enunciations, rarum etiā, in id quod plurimum est recurrit, vt subiecta descriptione monstrarunt.

CONTINGENTIA vtrūlibet, que & nata

CONTINGENTIA RARA.

Osēm contingit canescere	Cōtraposita	Osēm contingit non canescere
Fodiētē contingit nō reperiē thesaurū	Cōtraposita	Fodiētē contingit reperiē thesaurū
CONTINGENS indeterminatum		CONTINGENS indeterminatum
Ohominē contingit vigilare	Cōtraposita	Ohominē contingit non vigilare
Hominem contingit nō sedere	Cōtraposita	Hominem contingit sedere
CONTINGENTIA RARA	1	1 CONTINGENTIA plurimum

Omne senem contingit nō auarescere | Cōtraposita | Omne senē contingit auarescere

Fodiētē contingit thesaurum reperiē | Cōtraposita | Fodiētē contingit thesaurū nō reperiē | Et contingēta vtrūlibet pariter & rara, quātū syllogismi tria ex ipsi conficiantur, reiecta sunt a disciplinis, nec ex illis quaestiones, & problemata, vt ex secundo posteriorum agnoscetur, sc̄ificari debent, sed contingēta nata, & vtrūlibet, frequētem in disciplinis habent usus accommodatiōnem, præseriunt in his que coniectoria sunt, quales medicina, prognostica Hippocratis, & physiologorum, qui per signa, futuræ rei præfagiunt eventum. ¶ Cum duplicitē dicatur omni b contingere inesse a, primo omni cui cōtingit inesse b contingere inesse a, secundū omni cui inest b cōtingere inesse a, hinc bifariam, ad absolvitorum analogiam in contingib⁹ diffiniri potest, omni contingere inesse a, primo quādū nihil inueniri potest cui cōtingat subiectum, cui identēm non contingat inesse prædictum. Secundo quando nihil inueniri potest cui inest subiectum, cui non contingat inesse prædictum. Et consimiliter contingere nulli inesse dicetur. Et hęc eadem contingere dici de omni, & contingere dici de nullo dici possunt. Ex primo modo, meri cōtingētes syllogismi conficiuntur. Ex secundo, mixti, nū ex absolūtis, nū ex necessariis vt ex sequentibus dilucēbit.

Hippocrates

PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI.

Vodecimū Cap. Modi contingētis, contingētis non necessarij & modi aliquid aliquid contingere inesse conclusiones dū. ¶ Modi contingētis. Post ea que de inesse, & de necessario diximus, vt de contingēti dicamus par est, quādū & quo modo, & per quae erit syllogismus. Et contingēta bifariam dicitur. Primo modo dico contingere, siue contingens, quo non existente necessario quod nihilomin⁹ si ponitur inesse nihil euenerit propter id impossibile. Alio etiam modo & de necessario dicuntur contingēta, & id homonyme. Quod autem contingēta talēm habeat significationem in qua non solum de ijs quae non necessaria sunt, sed & etiam de necessario dicatur, ex affirmationib⁹ & negationib⁹ oppositis, vt in lib. 7. §. 4. q; eis dictum est, manifestum est. Nam non contingit esse, nō possibile esse, impossibile esse, & necessariū non esse, vel eadem sunt, vel sūle cōsequuntur, quare & his opposita contingit esse, possibile esse, nō impossibile esse, & non necessarie nō esse, aut eadē erit, aut inuicem sequentia. Nam de quolibet autē affirmatio autē negatio vera. Erit igitur contingēta, quod dicetur de necessario, & aliquod contingēta quod de necessario non dicatur, quod contingēta dicatur non necessariū, de quo solo hic sermo suscipiens. ¶ Prima cōclusio. Euenerit vt omnes de contingēti propositiōnes, affirmatiū videlicet & priuatiū sibi suūcēm conuertātur. Et dico non affirmatiū conuerti negatiū, sed que cū affirmatiū figura secundū contrapositiōne, vt ea quae est contingit esse cū haec cōvertitur, contingit nō inesse, & haec contingit omni inesse, cū haec contingit nulli inesse, vel omni nō inesse & haec contingit aliquid inesse, cū haec contingit aliquid nō inesse, & eodem modo in ceteris. Et hęc rei prompta est ratio. Nam hoc modo contingēta esse, nō est necessariū esse, & quod non est necessariū esse possibile est nō esse, quod autē possibile est non esse, contingēta est non esse, manifestū est igitur si contingēta est esse, etiā cōtingere nō esse, vt si a contingēta ipsi b inesse, contingēt etiam nō inesse b, & si a contingēta omni b inesse, contingēt & nulli b inesse. Et hunc in mo-

Secundo nūero, 29.

m iii

I
dum in particularibus affirmationibus secundum contrapositionem enuntiatis. Nam par cōsimilisq; demonstratio, sunt enim huiusmodi propositiones affirmatiq; nam contingere cōsimiliter sese habet atq; ordinatur, vt & id quod est esse in illis de inesse, quemadmodum & in libro *Topi & Logice* dictum prius est. **C** Duo modi cōtingentis non necessarij. His discussis, rursum dicendum videtur contingens non necessarium, duobus modis. Vno modo id dicitur contingens, quod plerumq; sit, & abest, defititq; ne & ipsum sit necessarium. ut hominem cōfessere, vel augeri, vel decrementum pati, & omnino id contingens quod natum est esse, neque mirum si a necessario deficit, nam huiusmodi contingens non continuo, perpetuo quoque ne cessarium habet, id cui assit. ob id ipsum q; homo & huiusmodi circa quae habet fieri, non semper fuit, quādiū tamen sunt, & quod natum est esse aut ex necessitate inest aut plurimum inest. **C** Secundo modo dicitur contingens indeterminatum, quod fuit, & non sic possibiliter est. vt animal ambulare, vel ea ambulante terram succuti atque tremescere, & omnino quod temere, casuque evenit. Nam in huiusmodi nihil sic magis quam contra natum, definitumque est. **C** Secunda conclusio. Vtrunque contingens secundum contrapositam propositionem conuertitur, sed non eodem modo. nam contingens natum esse, non conuertitur in cōtingens natum non esse, sed in contingens quod non necesse est esse. sic enim contingit hominem non cōfessere. Sed contingens indeterminatum secundum contradictionem conuertitur in contingens indeterminatum, quod nihil magis sic vel illo modo natum est. Vrum neque scientia, neque syllogismus demonstratiuus, ex huiusmodi indeterminatis contingentibus est, ob id ipsum q; inconfitaneum, ineptumque sit medium sed ex his contingentibus quae nata dicuntur, compulsa sermonum agitationes, & considerationes sunt, ac ex indeterminatis cōtingentibus possibiliter quidem est syllogismum fieri, non tamen ex huiusmodi solent questiones, considerationesque agitari. Vrum hac magis ex sequentibus determinabuntur, nunc autē dicere sat is, quando, & quomodo, & quis ex propositionibus contingentibus sicut syllogismus. **C** Modi contingere aliquid alicui inesse. Vrum antequam id adoriamur, opera precipua est agnoscere, nos bifariam accipere solere, cum dicimus cōtingere quicquam alicui inesse. Nā huiusmodi sermone aliquando volumus innuere, quippiam alicui contingere inesse, cuī illud inest, aliquando vero quippiam alicui contingere inesse, cui & ipsum contingebat inesse. Nā cum dicimus contingere de quo b dicit a, horum alterum designat aut contingere de quo b dicuntur dici a, aut contingere de quo b contingit dici, etiam dici a. Et cum dicimus contingere a de quo b, idem intelligimus ac si dicemus omni b inesse a cōtingere, nihil em referit. **C** Correlarium. Quo fit vt duplicitate dicatur a, omni b inesse cōtingere. Et primum differunt de secundo, vt si omni b contingit inesse b, & omni b contingit inesse a, quisnam & qualis efficitur, coalescere syllogismus. sic etiā virgine propositiones de cōtingenti sumuntur, deinde de primo quando de quo b dicitur, contingit a. vt quando omni b contingit inesse a, & omni c inesse b. In huiusmodi syllogismis vna propositione erit de inesse, & altera cōtingens, quare & a similibus figuris quemadmodum in alijs syllogismis, nobis ordiendum est.

C De syllogismis ex ambabus contingentibus in prima figura.
Cap. XIII.

Vando ergo a, contingit omni b, & b, omni c: syllogismus erit perfectus quoniam a, contingit omni c inesse. hoc autem manifestū est ex diffinitione, nam contingere omni inesse sic dicebamus. **C** Similiter autem & si a quidem, contingit omni nulli b, b autem omni c, quoniam a, contingit nulli c. Nam de quo b contingit, a non contingere, hoc erat nullum dimittere sub b contingētū. **C** Quādo autem a, contingit omni b: b autem nulli c: per sumptas quidē propositiones nullus fit syllogismus. conuersa autem b c secundum contingere: fit idem quemadmodū & prius, quoniam enim contingit b, nulli c inesse: contingit & omni inesse. hoc autē dictum prius, quare si b quidem, omni c. a autem omni b, rursus idem fit syllogismus. **C** Similiter autem etiā ad vrasque propositiones, negatio ponatur cū cōtingere (dico autē vt si a, contingit nulli b, & b, nulli c) igitur per sumptas quidē propositiones nullus fit syllogismus: conuersus autē rursus idem erit qui & prius. **C** Manifestū est igitur quoniam negatione posita ad minorem extremitatem vel ad vrasque propositiones aut non fit syllogismus, aut fit quidē, sed non perfectus, ex conuersione enim fit necessarium. **C** Si autem hęc quidem propositionum vniuersalis, illa vero particularis sumatur, ad maiorem quidem extre-

mitatem posita vniuersali, syllogismus erit perfectus. Nam si a omni b cōtingit, b autem alicui c, alicui c contingit. hoc autem manifestū ex diffinitione contingentis. Rursus si a, contingit nulli b, b autem, cōtingit alicui c inesse, neesse est a contingere alicui c non inesse. Demonstratio autē eadem quae in his, **C** Si autem priuatua sumatur particularis propositione, vniuersalis autem affirmativa, positione autem similiter se habeat (vt a quidem omni b cōtingat, b autem alicui c, contingat non inesse) per sumptas quidē propositiones non fit manifestus syllogismus. conuersa autem particulari, & posito b: alicui c contingere inesse, eadem erit conclusio quae & prius, quemadmodum in ijs quae ex principio. **C** Si autem quae ad maiorem extremitatem particularis sumatur, quae ad minorem vniuersalis, siue vtræq; sumantur affirmatiuæ, siue priuatua, siue non similis figuræ, siue vtræq; indefinitæ, vel particulares, nullo modo erit syllogismus. **C** Nihil enim prohibet b trascendere a, & non prædicari de æquis, in quo enim b transcendentia a, sumatur c, huic neq; omni, neq; nulli, neq; alicui : neq; nō alicui cōtingit a inesse. siquidē conuertatur secundū contingere propositiones, & b pluribus contingit q; a inesse. **C** Amplius autem ex terminis manifestū est, nam sic se habentibus propositionibus, primum postremo & nulli contingit & omni ex necessitate inesse. Termini autem communes omnium, inesse quidem ex necessitate, animal, album, homo, non contingere Vero, animal, albū, vestis. **C** Manifestū igitur quoniam hoc modo habentibus se terminis, nullus fit syllogismus. nam omnis syllogismus vel eius quod est inesse est, vel ex necessitate, vel contingere: non est autem eius quod est inesse: neq; necessarij, manifestū quoniam non est. nam affirmatiuus intermititur priuatuo, & priuatuo affirmatiuus, relinquitur ergo eius quod contingere esse, hoc autem impossibile, ostendit enim quoniam sic se habentibus terminis, & omni postremo primum necesse inesse & nulli contingere inesse. quare non erit eius quod est contingere syllogismus, nam necessarium non erat contingens. **C** Manifestū autem & quoniā cū vniuersales sunt termini in contingentibus propositionibus semper fit syllogismus in prima figura, siue sint prædictatiui: siue priuatui. Vrum ex prædictatiui quidem perfectus, ex priuatui autem imperfectus. Optet autem contingere sumere non in necessarijs, sed secundum dictam diffinitionem, aliquotiens autem latet huiusmodi.




Decimoterij cap. note.

C Amplius se extēdere, superare, & latē fundere, videlicet nihil vetat b cōtingere cuiusq; inesse, cui non contingit a. **C** Terminis in propositionibus cōtingentibus vniuersaliter sumpus, medio & minore extremo. **C** Assignatam diffinitionem cap. precedē numero nonage simonterio. Quādo in figuraitionibus ponit cōtingentibus, nihil aliud addēdo, intelligitur cōtingente speciale, & vt in hoc libro diffinitur. Et qđ aboluta, aut inesse, intelligitur de inesse simpliciter, & que non ad aliquod répus determinata est. **C** Pro colligendis cōfigurationibus quatuor regulæ, primum, primum, secundum, secundum, secundum primum.

Prima figura syllogistici modi pure contingentes perfecti.

I	a 1 Con. Affirmativa	III	a 1 con. priuatua
	a 1 con. affirmativa		1 con. affirmativa
	a 1 con. affirmativa		o 1 con. priuatua
II	e 1 con. priuatua	IV	a 1 con. affirmativa
	a 1 con. affirmativa		1 con. affirmativa
	e 1 con. priuatua		e 1 con. priuatua
III	a 1 con. affirmativa	V	a 1 con. affirmativa
	i 1 con. affirmativa		1 con. affirmativa
	i 1 con. affirmativa		e 1 con. priuatua
	a 1 con. affirmativa		a 1 con. affirmativa
	i 1 con. affirmativa		c 1 con. priuatua
	i 1 con. affirmativa		a 1 con. affirmativa

Primum affirmatiuū.
Secundum priuatuo.



¶ Syllogistici modi meri contingentes primæ figuræ imperfecti

VII	a Con. Affirmativa e Con. Priuatiua e Con. Priuatiua
VIII	e Con. Priuatiua e Con. Priuatiua e Con. Priuatiua
IX	e Con. Priuatiua e Con. Priuatiua e Con. Priuatiua
X	e Con. Priuatiua i Con. Affirmativa a Con. Affirmativa
XI	i Con. Affirmativa a Con. Affirmativa o Con. Priuatiua
XII	a Con. Affirmativa o Con. Priuatiua i Con. Affirmativa
XIII	e Con. Priuatiua o Con. Priuatiua o Con. Priuatiua
XIV	e Con. Priuatiua o Con. Priuatiua i Con. Affirmativa
XV	e Con. Priuatiua o Con. Priuatiua i Con. Affirmativa
XVI	i Con. Priuatiua a Con. Affirmativa a Con. Affirmativa
XVII	o Con. Priuatiua i Con. Affirmativa a Con. Affirmativa
XVIII	i Con. Affirmativa i Con. Affirmativa e Con. Priuatiua

¶ A sylogisti.

I	i Affirmativa a Affirmativa a Affirmativa
II	i Affirmativa a Affirmativa e Priuatiua
III	i Affirmativa e Priuatiua a Affirmativa

XCIII.

XIX	i Affirmativa o Priuatiua e Priuatiua
XX	i Affirmativa o Priuatiua a Affirmativa
XXI	o Priuatiua o priuatiua e priuatiua
XXII	o Priuatiua o Priuatiua a Affirmativa
XXIII	i Affirmativa a Affirmativa o Priuatiua
XXIV	i Affirmativa e Priuatiua

¶ Quatuor & viginti asylogistorum hic descriptorum: octo primi sumuntur sola propositione particulari. Octo sequentes propositione & conclusione particulari; & octo postremi, propositione & assumpta pto me particulari. Præter quos quidem, & sequentes sumi consimiliter poterunt.

Sola assumptione particulari

Omnibus particularib us

Sola propositione indefinita

Sola assumptione indefinita

Propositione & assumptione indefinitis

Propositione & conclusione indefinitis

Omnibus indefinitis

Propositione particulari, assumptione indefinita

Propositione indefinita, assumptione particulari

Propositione & assumptione particulari, conclusione indefinita

Propositione & conclusione particulari, assumptione indefinita

Assumptione & conclusione particulari, propositione indefinita

propositione & assumptione indefinita, conclusione particulari

propositione & conclusione indefinita, assumptione particulari

Assumptione & conclusione indefinita, propositione particulari

¶ Q uo sit vt ex meritis, imperfectisq contingentibus primæ figura: seni& deni proueniant modi, quorum quatuor, perfectos creant syllogismos: & duod ecim imperfectos. asylogisti autem & incolleculs fugationes rbo. quo omnia ex quatuor præfixis regulis: haud magno compieruntur impedio.

¶ PARAPHRASIS CAP. DECIMITERII.

Eciam tertium cap. de syllogismis meritis immixtisque de contingentibus in prima figura: confluences septem, correlaria tria. ¶ Prima conclusio. Ambabus propositionibus vniuersalibus & affirmatiuis de contingentibus primæ figure perfectus extremitus syllogismus. vt quando omni b contingit in eis a, & omni c contingit in eis b: ex necessitate event ut omni c, contingat in eis a, & hoc ex determinatione paulo ante precedente: manifestum esse posset. sic enim uno modo omni inesse contingere: significare dicebarus. quare per id quod est contingere omni inesse, perfectus cognoscitur esse syllogismus. ¶ Secunda conclusio. Similiter ambabus propositionibus vniuersalibus de contingent, sed priuatiua ad maius extremū, & affirmatiua ad minus: fit primæ figura de contingentibus perfectus syllogismus. vt si omni b contingit non inesse a, & omni c contingit inesse b: dico omni c contingere non inesse a. Nā omni b contingere non inesse a, hoc erat nihil reliquum esse posse, corum quibus contingit inesse b: quibus non inesse a, per id igit ur quod est dici contingere de nullo: manifestum est propositionem. ¶ Tertia conclusio. Quando ediuerso vniuersalibz propositionis ad maius extremū, affirmatiua est, & ad minus vniuersalibz priuatiua: nullus per seipsum propositiones perfectus fit syllogismus. Vt si omni b contingit inesse a, & omni c contingit non inesse b: non sicut per seipsum propositiones perfectus syllogismus, sed conuera inuersali priuatiua omni c contingit non inesse b in affirmatiuam contingentem, fit idem syllogismus qui & prius prima conclusio de finitus est. Nam quia omni c contingit non inesse b: etiam & omni c contingit inesse b. id enim prius difficultum est, quare si omni c contingit inesse b, & omni b contingit inesse a: rursum idem redit qui prius demonstratus est syllogismus. ¶ Quar



& alicuius esse est non inesse, nunc hac nunc illa quecumque demōstraretur, haec etiam vera, nō omni contingit inesse. Si namq; aliquis putet, ob id ipsum quod non omni c contingit inesse c, ex necessitate alicuius non inesse ipsum c, falsum certe lumen. Nam omni forsan ex necessitate inest, sed & quoniam quibuidam ex necessitate inest, propter hoc ipsum etiam dicimus non omni contingere inesse. ¶ Primum correlative. Quare ei qui est contingere omni inesse, & ea quæ est ex necessitate alicuius inesse aduersatur, & ea quæ est ex necessitate alicuius non inesse. Similiter autem & ei qui est contingere nulli inesse, utræcunque predicatorum aduersatur. Secundum. Perpam etiam est ad sic contingens, & suum oppositum non contingens quædammodum ipsum prius in hoc libro diffinitum, non solù ex necessitate alicuius inesse sed etiam ex necessitate alicuius non inesse, esse sumendum, quoquidem sumptus non nihil accidit impossibile. quare minime syllogismo ad incommodum deducemus & impossibile. Manifestum situr ex iam dictis, priuatiuam contingentem non convertit terminis. Hoc autem demonstrato nunc prima demonstranda est conclusio. Et ponatur omni b contingere non inesse a & omni c contingere inesse a, dico nullum fieri syllogismum. Primo. Nam per conversionem non erit syllogismus, quandoquidem dictum iam est non converti huiusmodi propositionem. Sed nec impossibile erit syllogismus. Nā non erit syllogismus concludens conclusionem de contingenti communis & simpliciter, vt omni c contingit non inesse b. Nā potius eius contraaria quæ est omni c contingit inesse b cum prima propositione quæ est omni b contingit non inesse a, nihil accidit fallum aut impossibile quod pugnet, aduerseturq; alteri propositioni immo contingit & omni c inesse a, & nulli c inesse a. Et si sumuntur conclusionis contradictorium quod equi valit alicui c inesse est in est b, cum prima propositione, idem subit iudicium. Nam ex. 1. capite nihil accidit quod aduersetur alteri transposita propositioni. Omnis igitur si est syllogismus, manifestum est quoniam esse oporteat conclusionis contingens eo quo prius diffinitum est modo contingens (non enim erit de inesse, quandoquidem nostra propositione sumpta sit de inesse) & hic vel erit affirmatus, vel priuatius, atque neutro modo syllogismum fieri possibilis est. Nam si quispiam dederit affirmarium fieri ostendit id esse non poss. per terminos simpliciter nulli inesse. Et si dederit negativum fieri ostendit conclusionem non contingente sed necessariâ esse que illi, imo & utræcunque aduersatur, ac repugnat. Vt esto a alibi, b homo, c. equus. omni igitur homini contingit non inesse alibi, & oī quo contingit inesse alibi, sed falsum est omni equo contingere inesse hominem, & etiam oī contingere non inesse. Nam neq; quo contingit inesse hominem, neq; contingit non inesse, quo nū simpliciter in esse non potest, vi manifestū est, quia nullus equus, hō est, sed neq; contingit non inesse. Nā neq; est non inesse, omni ēnī equū, est nō esse hominem, quod autē necessarij, minime erat contingens, manifestū itaq; est nullus fieri syllogismus, neq; affirmatus quidē neq; priuatius. Et similiter modus demonstrandi si ediuimus hoc est ad minus extremū ponat priuatius, & si utræcunque ponat affirmatus, vel utræcunque priuatius. Nā per eodē terminos erit demonstratio. I. dicitur & qdūna propositionē fuerit vniuersalitatis, & altera particularis, vel utræcunque particularis, vel utræcunque indefinite vel quomodo liber aliter ipsas primitur contingat propositiones sēper etenim, & per eosdē terminos erit demonstratio. per spiculū igitur est quoniam utræcunque propositionibus contingentibus sūptis, nullus fit secundū figurā syllogismus, & hęc est prima cōclusio demonstrata. Se cūda autē & tercia in sequentibus capitibus suis i lōcū demonstrabūtur.

Numero. 93

Ex mei regia
yssac
numero. 28

Numero. 98

PARAPHRASIS CAP. DECIMISEXTI.
Decimum sextum cap. de syllogistis & meritis & mixtis de contingenti in secunda figura conclusiones tres demonstratioi priuatiuas non recurrere in terminis, correlative duo. ¶ Prima conclusio. Quando utræcunque sumuntur contingentes in secunda figura nullus erit syllogismus, siue affirmatio siue siue priuatius, siue vniuersalis, siue particulares. ¶ Secunda. Quando positionum altera de inesse & altera contingens fuerit, ea quæ de inesse existente affirmativa, & continuo ea quæ contingens priuatius: nū erit syllogismus. ¶ Tertia conclusio. Eodem quo modo euenerit & quando altera propositionum alligatur necessaria affirmativa & altera priuatius contingens, verum in syllogismis huius figure cum efficietur conclusio contingens, opus erit id accipere contingens quod & in conclusionibus, quemadmodum in predictibus vñsum est, hoc est contingens: quod commune est, & necessario & non necessario. ¶ Demonstratio. Primum, anteq; ad conclusionem demonstrationes deueniatur: demonstrandum est vniuersalem priuatiuam de contingenti, non converti in terminis. Ut omni b contingat non inesse a: dico non ex necessitate recurrere ut omni a contingat non inesse b, ponatur enim hoc si fieri potest, & conuertatur omni b contingit non inesse a in hanc omni a contingit non inesse b, quoniam igitur conuertitur (que de contingere existunt) affirmatio priuatiobus, sed contrarie, contrapositie habentes, & omni a contingit non inesse b: manifestum est omni a etiam contingere inesse b, quare si omni b contingit inesse a: oporebit etiā & omni a contingere inesse b, hoc autem falso est, non enim si predictio alicuius subiecto omni contingit inesse: & subiectum illi predictio omni contingere inesse necessarium est, non igitur vñ uerbalis negativa contingens conuertitur in terminis in vniuersalem priuatiuam. ¶ Secunda. Nihil impedit omni b contingere non inesse a, & alicuius a ex necessitate non inesse b: vt omni homini contingit non inesse album (nam & omni homini contingit inesse album) & falso est dicere omni a contingere non inesse hominem, Nam plerique alicuius ex necessitate non inesse hominem, atque quibus necessario non inerat: minime contingenter inerat, non igitur priuatiua contingens conuertitur in terminis, in priuatiuam contingenter. ¶ Tertio. Quia nec ad impossibile & incommodum deducendo vt & in alijs que conuertuntur: huiusmodi conuerti demonstrari potest, vt si quis pro dignitate id efficeret paterit ita argumentando, esto, vt omni b contingat non inesse a & non conuertatur in hanc omni a contingit non inesse b: sicut icerco omni a contingere inesse b, quare si falsum est omni a contingere non inesse b: vere rum est non omni a contingere non inesse b. Nam haec adiunctum sunt affirmatio & negatio. Et si verum est non omni a contingere non inesse b: ex necessitate alicuius inerit b, quare & per conversionem alicuius b ex necessitate inerit a, & etiam positio est omni b contingere non inesse a, id autē impossibile. Verum haec contradictione non apte, & sine virtute ad impossibile deducatur est. Nam non oporet si non omni a contingit non inesse b: icerco necessitatem alicuius inesse b. Nam non omni contingere non inesse, bifariam dicitur, vno quidem modo id verum est, & si alicuius ex necessitate inest, altero autē modo, etiam si alicuius ex necessitate non inest, quod ostenditur. Nam quod ex necessitate alicuius a non inest: non est verum dicere omni a id contingere non inesse quædammodum neq; verū est quod alicuius a ex necessitate inest: id est id, oī a contingere non inesse, quare per contradictionē verū est nō oī a contingere non inesse, vera igitur haec alicuius a necessitatem non inesse b, vera erit: & hęc nō oī contingit non inesse b, & pariter haec vera (vt & fatent) alicuius a necessitatem est inesse b: vera etiā erit nō oī a contingit non inesse b, quare hęc nō oī a contingit non inesse b: bifariā, duabusq; illis veris vera esse dico. Et eisdē qdū veris alicuius necessitatem inesse,

Mixtio absoluti & contingens in secunda figura. Cap. XVII

I. Autem altera quidem inesse, altera vero contingere significat, predictiuam quidem inesse, posita, priuatiua vero contingere nunquam erit syllogismus, siue vniuersaliter siue particulariter sumantur termini, demonstratio autē eadem & per eosdē terminos. ¶ Quando autem affirmativa quidem contingere priuatiua inesse, erit syllogismus. Sumat enim a, b quidem nulli inesse, & vero omni a contingere. conuerta ergo priuatiua, b inest nulli a, a autē, omni c contingebat. fit ergo syllogismus qdūnam b, contingit nulli c per primam figuram. Similiter autem & si ad c ponatur priuatiua. ¶ Si autē utræcunque sint priuatiue, significet autem hęc quidem non inesse, illa vero contingere non inesse, per ea quidē qdū sumpta sint nihil accidit necessarij. conuerta autem secundū contingere propositione fit syllogismus, quidēnam b, contingit nulli c inesse, quemadmodum in prioribus. criterium rursū prima figura. ¶ Si autem utræcunque ponantur predictiuæ, non erit syllogismus. ¶ Termini quidem inesse, sanitas, animal, homo, non inesse autē, sanitas, equus, homo. ¶ Eodem autem modo se habebit & in particularibus syllogismis. ¶ Quādo autē erit affirmativa inesse, siue vniuersaliter, siue particulariter sumpta nullus erit syllogismus, hoc autē similiter & per eosdē terminos demonstrabitur quidē.

& prius. **C**Quando autem & priuatua:erit per conuersione. quemadmodū
in prioribus. **R**ursum si ambo quidem interalla priuatua sumuntur: vni-
uersaliter autem quod non inesse: ex ipliis quidem propositionibus non erit ne
cessarium. conuersa autem contingenti sicut in prioribus, erit syllogismus.
CSi autem inesse quidem sit priuatua, particulariter quidem sumpta, non e-
rit syllogismus: neq; predicativa: neq; priuatua existente altera propositione,
CNec quando vtræq; ponuntur indefinite, vel affirmatiæ, vel negatiæ aut
particulares. demonstratio autem eadem & per eosdem terminos.

Decimoseptimi Cap. notæ.

Syllogismi secundæ figuræ ex absoluæ & contingente mixti.			A	Syllogisti.
e I Absoluta simpliciter	1 e I Absoluta simpliciter	1 e I Contingens		
a I Contingens	1 a I Contingens	1 a I Absoluta		
e I Contingens simpliciter	1 e I Absoluta simpliciter	1 e I Contingens		
a I Absoluta simpliciter	1 a I Contingens	1 a I Absoluta		
e I Contingens	1 e I Absoluta simpliciter	1 e I Contingens		
e I Contingens simpliciter	1 e I Absoluta simpliciter	1 e I Contingens		
e I Absoluta simpliciter	1 e I Absoluta simpliciter	1 e I Contingens		
" i Contingens	" i Contingens	" i Contingens		
o I Contingens simpliciter	1 o I Absoluta simpliciter	1 o I Contingens		
e I e I Absoluta simpliciter	1 e I Absoluta simpliciter	1 a I Absoluta Cötigens		
e II o I Contingens	1 e I Contingens	1 o I Cötigens absoluta		
e I o I Contingens simpliciter	1 e I o I Abfo. simpliciter	1 o I Cötin. Cötin. Cötigens		

PARAPHRASIS C A P. DECIMISEPTIMI.

Ecum septimum caput syllogismi mixti de inesse & contingenti in secunda figura conclusiones decem. **P**rima conclusio. Si altera propositionum inesse & altera contingere significat, cum ea que inesse significat affirmativa est, & ea que contingere priuatua, nunquam erit syllogismus, neque vniuersaliter neque particulariter sumptis terminis. **H**ec est secunda conclusio precedens capit. Demonstratio autem est, & per eosdem terminos, vt & precedens.

Secunda conclusio. Quando propositionum vniuersalis affirmativa contingens est, & de inesse vniuersali priuatua, erit secunda figura syllogismus. vt fumatur omni b non inesse a, & oī c, cötigere iēē a, dico fieri syllogismus, & necessario prouenire ut oī cötigat non inesse b. Nā couersa priuatua de inesse, oī a non inesse b. & posita est etiam oī c contingere inesse a, sit ergo ex secunda parte primæ conclusio capit. **S**yllogismus conclusiens omni c & contingere non inesse b, per primam figuram. Et similiter ostenderetur quando vniuersalis negatur de inesse ponetur ad minus extremum Nam ea conuersa propositionum sita demutato, & conuersa conclusione que de contingenti communis est, idem primæ figuræ proueniet syllogismus. **T**ertia conclusio. Si vtreque propositionum vniuersales sint & priuatua, quarum una non inesse & altera contingens non inesse significat, per ea que sunt non nihil apparet accidere necessarium, fieri tamen imperfectus syllogismus. Nam conuersa priuatua contingente in suam affirmativa contingenter, per precedentem conclusione fieri syllogismus. Erit enim conuersa priuatua, rursum & prima figura, vt si omnibus non inesse a & omni c contingit non inesse a, conuersa priuatua contingenti in hancomi contingit in se a, sit syllogismus, quoniam omni c contingit non inesse b. **Q**uarta conclusio. Si vtreque propositionum altera contingente & altera de inesse affirmativa statuantur, nullus secundæ figura proueniet syllogismus. Nam dantur termini ex necessitate omni inesse & ex nece-
cessitate nulli. Inesse quidem, sanitas, animal, homo. Non inesse, sanitas, equus, homo.

Quinta conclusio. Vt de vniuersalibus syllogismis, & eodem quoque modo in particularibus syllogismis, res sepe habebit. hec per partes ex sequentibus agnoscetur. **S**exta conclusio. Altera propositionum vniuersali & altera particulari vicissim posita contingente & de inesse, quido ea que de inesse est affirmativa fuerit, sit vniuersaliter sita particulariter sumpta, nullus erit secunda figura syllogismus. Hoc enim similiter & per eosdem terminos demonstratur, quibus & precedentibus. **S**eptima conclusio. Quando autem vniuersalis de inesse fuerit & priuatua, & particularis contingens affirmativa, sit secunda figura syllogismus. Nam priuetua de inesse conuersa, sit syllogismus primæ figuræ, quemadmodum fecerat & in prioribus. **O**ctava conclusio. Cum ambæ insuper propositiones priuatue sumuntur,

vniuersal quidem non inesse significante, ex sumptis propositionib; nihil apparet necessarii fieri camen imperfectus syllogismus. Nam conuersa priuatua contingente in suā affirmativa contingenter, vt in prioribus fieri syllogismus. **N**ona cōclusio. Si supra sit propositione particularis priuatua de inesse, altera vniuersali contingente, siue affirmativa, siue priuatua existente nullus secunde figure sit syllogismus. **H**ac monstrari potest, quia nec per conuersationem, neq; per impossibile perfici potest ex terminis. **D**ecima conclusio. Quando vtreque propositiones sumptis indefinite, vel affirmatiæ, vel negatiæ aut particulares, vel altera tantum indefinite, & particulares, nullus erit secunda figura syllogismus. Nam demostratio eadem est, & per eosdem terminos, quæ & superiorum.

Mixtio necessarij & contingenter in secunda figura. **C**ap. xviii.

I autem hæc quidem propositionum ex necessitate, illa vero contingere significat: priuatua quidem necessaria, erit syllogismus non solum quoniam contingit non inesse, sed & quoniam non inest affirmativa autem: non erit, ponatur autem a b quidem nulli inesse ex necessitate, c autem omni contingere: conuersa ergo priuatua: & b nulli a inerit, a autem omni c contingebat, fitigatur rursum per primam figuram syllo-

gismus, quoniam b: contingit nulli c inesse. Similiter autem manifestum quoniam neque inest b: nulli c, ponatur enim inesse, ergo si a, nulli b contingit / b autem: inest alicui c: alicui c non contingit, sed omni ponebatur contingere. Eodem autem modo ostendetur & si ad c ponatur priuatuum. Rursum. Sit p̄dicatiua quædem necessaria: altera autē priuatua & cötigens, & a/b quidem cötigat nulli c autem oī insit ex necessitate, sic ergo habetibus se terminis nullus erit syllogismus. accidit enim b ex necessitate non inesse c, sit enī a quidē albū in q̄ aut b hō, in quo vero c/ cygnus, ergo album cygno qdē ex necessitate iest: hō, aut cötigat nulli, & hō nulli cygno ex necessitate. Qm̄ igit̄ ei quod est cötigere nō est syllogismus: manifestū est, nā ex necessitate nō erat cötigens. Sed tñ nō necessarij, nā necessarij, aut ex vtrisq; necessarijs: aut ex priuatua necessaria contingebat. Ampli & possibile est ijs positis b iesse c. Nihil em̄ phibet c qdē sub b esse: a aut, b qdē oī cötigere: cvero ex necessitate iesse, vt sit quidem c vigilia b aut aīal. ī q̄ at a: mot. Nā vigilat qdē ex necessitate iest mot, a īal aut nūlī cötigat, & oī vigilā īal. Maistestū ergo qm̄ nō eius qdē ī nō iesse, siqdē sic se habetib; terminis, necesse est iesse, neq; aut oppositariū affirmationū, quare nullus erit syllogismus. Similiter aut ostendetur, & ecōuerso posita affirmativa. **S**i autē similis figure sint propositiones cū priuatua sint, semp̄ fit syllogismus: conuersa secundū contingere propositione, quæadmodū in prioribus. Si sumat em̄ a/b quidē ex necessitate nō iesse c aut cötigere nō inesse, conuersis autē propositionibus b quidē nulli inesse a: a aut, omni c contigit, fit igitur prima figura: & siad c ponatur priuatū similiter. **S**i autē p̄dicatiue ponātur: non erit syllogismus, nā ei quod est nō inesse, aut ei quod est ex necessitate non inesse, manifestū quoniam nō erit, eo quoniam sumpta sit priuatua propositione, neq; ī eo quod est inesse, neq; ī eo qdē ex necessitate inesse: sed neq; eius qdē est cötigere non inesse, ex necessitate enim sic se habentibus: b nō in erit c, vt si a quidē ponatur album, ī quo autem b, cygnus, ī quo autem c: homo. neq; oppositarum affirmationum: quoniam ostensum est c, ex necessitate non inesse c, nō ergo fit syllogismus omnino. **S**imiliter autem se habebit in particularibus syllogismis.






CQuando autē fuerit priuatua & vniuersal & necessaria, semper erit syllogismus & eius quod est contingere nō inesse & eius quod est non iesse, demonstratio autem per conuersionem.

CQuando autē affirmativa nunq̄ eodē aut modo ostendetur quo & in vniuersalib; & per eosdē terminos.

Nec quādo vtręq; sumuntur affirmatiue, nam & huius eadem demonstratio que & prius.

Qn̄ aut vtręq; quidē priuatua, vniuersal & necessaria que non iesse significat, per ea qdē sumpta sūt non erit necessarium, conuersa autem secundū con-

OMNI
Sanitas
Animal
Homo
NVLLI
Sanitas
Equus
Homō



tingere propositione erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. ¶ Si autem utræque indefinite vel particulares sumantur: non erit syllogismus. demonstratio autem eadem & per eosdem terminos. ¶ Manifestum igitur ex predictis quoniam priuatiua quidem vniuersalis posita necessaria, semper fit syllogismus non solum eius quod est contingere non inesse, sed & non inesse, affirmativa autem, nunquam. ¶ Et quoniam eodem modo se habentibus & in necessariis & in ijs que insunt, fit & non fit syllogismus. ¶ Palam & quoniam in perfecti omnes sunt syllogismi, & quoniam omnes per praedictas figuræ.

¶ Decimoctau cap. nota.

¶ Omni vigilanti ex necessitate inesse motus, functionem sensuum motorum appellat. ¶ Contradicentes affirmationes contingentes, appellant contrapositas phæses, affirmationes & locutiones. Ex eis propositione necessaria, & assumptione contingente, neque fit syllogismus colligens negativum ab solutum, neque aliquæ contingentiū contrapositorum phæsiū, affirmationumq. ¶ Et simili modo ostenderetur econtrario posita affirmativa necessaria, hic tamē ad uertendum quod econtrario id est ad maius extreum collocata affirmativa necessaria, non fit conclusio neque de necessario, neque de contingenti prius diffinito. Fiet tamen de contingentiū lūpliciter, & communī quod demonstrandum est, ut omni b ex necessitate inest a & omni c contingat non inesse b, dico omni c contingere non inesse b. Nam capio, alius c ex necessitate inest b, & iungo primum propositionem omni b, ex necessitate inest a. & sic argumentor ex secunda conclusione & octau cap. huius per primam figuram, omni b, ex necessitate inest a, & alii cui ex necessitate inest b, alius igitur c ex necessitate inest a, quod repugnat & aduteratur secundæ assumptiarum propositionum prius igitur per impossibile cognoscitur, ad huiusmodi di conclusionem firmus, validusque esse syllogismus patet igitur quoniam modo Aristotelica quo ad hoc intelligenda sit conclusio. ¶ Quod dicitur in calce terciæ conclusionis non fit igitur villus huiusmodi syllogismus, applicandum id est ut prius, nullam fieri conclusionem de contingenti prius definito. Nam fit syllogismus priuatiua de contingenti communī colligens, propositione affirmativa & assumptione contingente eidem affirmativa. Nam assumpzione in suum contraiacentē verba fit syllogismus, quem nota hanc precedens demonstrat. ¶ In fine primi correlarij dicitur, nunquam fit illo modo. Nam non fit syllogismus eius quod est non inesse. & in hoc & in superioribus huiusmodi, accuratam videtur Aristoteles comprehendere determinationē qm̄ hmoī arguētā modi eti necessarij sūt, perperā tamē viles, accōmodabilesq; sūt, pnde reputat acī essent prōp; collectiles & sine vīl; absurdū sane vide & nihil apparente rationis gerens, qd; dīcūtions assumptas ut vna cōcludat priuatiua.

¶ Syllogismi secundæ figuræ ex necessaria
& contingente mixta.

I	c Cottaria	la	ele	contingens
	a Contingens	le	ale	Necessaria
	c Cott. sim. vel Ab sim.	v	ele	contin.
II	a Contingens	le	a a	Nec.
	c Necessaria	le	ele	contin.
	c Cott. sim. Ab sim.	VI	ele	contin. Ab.
III	a Contingens	le	ele	contin.
	c Conting. lūpliciter Ab	VII	i o	Necel.
	a Necessaria	le	olo VII	Contin.
III	o contingens	lo	ale	Cott. Necel.
	o contingens lūpliciter	lo	o o	Necel. cō.
	o contingens lūpliciter	VIII	olo VIII	Con. Cō. Ab

¶ PARAPHRASIS CAP. DECIM OCTAVI


Ecimūtoctau cap. mixtio necessarij & contingentiis in secunda figura cōclusio nes nouem. correlari tria. ¶ Prima conclusio. Si vna propositionū vniuersaliſ & necessariarū fuit, & altera vniuersaliſ contingens, priuatiua quidē existēt necessaria, erit secundæ figuræ syllogismus non modo, conclusionē concludens priuatiua de contingentiū & negatiū de inesse, sed affirmativa existēt necessaria, nullus erit secundæ figuræ syllogismus. ¶ Prima pars demōstratur. Ponatur autē omni b ex necessitate inesse a, & omni c contingere inesse a, dico syllogismū prouenire concludēt, & omni c contingere non inesse b, pariter omni c non inesse b. Nā omni b ex necessitate non inest a conuerta, omnia c ex necessitate non inerit b, & positū est c contingere a. Fit igitur ex tertia

conclusionē. ¶ cap. per primam figuram syllogismus, quoniam omni c contingit non inesse b, & simul etiam ex eadem manifestum est omni c non inesse b, quod si ita nō fuerit: ponatur alius c inesse b, positum est omni b ex necessitate non inesse a & etiam alius c inesse b: igitur ex tercia conclusione non i capitulo per primam figuram alius c ex necessitate non inest a, arra men positum est omni c contingere inesse a, quod est impossibile. Et eodem modo deinde trahitur priuatiua vniuersali necessaria ad minus extreum colloca. Manifesta est igitur conclusio prima pars. ¶ Nunc autem secunda monstranda est: quæ est tercia conclusio decimæ sexti capituli huius hucusque ad demōstrandum dilata. Sit rursum vniuersaliſ affirmativa ne cessaria, & altera priuatiua contingens, ut omni b contingit non inesse a, & omni c ex necessitate in ista scilicet habentibus terminis, dico nullum futurum esse syllogismū nec quidem contingens non inesse, quod autem non fiat syllogismus eius quod est contingens non inesse vñ omni c contingit non inesse b, id ideo est quia accedit omni c ex necessitate non inesse b, vt si datur termini album, & omni cygnus, omni homini contingit non inesse album, & omni cygnus ex necessitate inest album, & tamē omni cygnus ex necessitate non inest homo. manifestū est igitur quoniam eius quod est contingens non inesse, non est syllogismus. Nam quod necessariū estiminime esse poterat hoc modo contingens. Accidens neque syllogismus priuatiua cōclusio necessaria esse potest. Tum q; necellariū aut verisq; propofidionib; necessariis aut priuatiua necessaria prouenire demonstratum est. Tum q; possibile est q; possit omni c inesse b. Nam nihil prohibet, omni quidem c ex necessitate inesse a: & omni b contingere non inesse a, & omni c ex necessitate inesse b, vt si datur termini vigilia, b animal, a motus. Omni vigilanti ex necessitate inest motus, & omni animali contingit non inesse motum: & tamen omne vigilans animal non igitur efficitur conclusio priuatiua necessaria. Sed & per idem manifestū efficitur conclusio priuatiua negativum de inesse. Nam sic se habentibus terminis, vt modo dictum est monstrarum est omni inesse hec, erit contradicentium affirmationum de contingenti, quare vniuersali priuatiua de contingentiā minus extreum, & vniuersali affirmativa necessaria ad minus: nullus prorsus erit secundæ figuræ syllogismus. Et simili modo ostenditur econtrario: id est ad extreum minus collata vniuersali affirmativa necessaria. ¶ Secunda conclusio. Si vniuersales propositiones vñ formes similares quæ qualitatē existant amba priuatiua sint: tempore fit syllogismus conuersa priuatiua de contingenti in suam affirmatiuam, quemadmodum & in superioribus. Nam si sumatur omni b ex necessitate non inesse a, & omni c contingere non inesse a: dico fieri syllogismum quoniam & omni c contingit non inesse b, & omni c contingere non inesse b. Nam conuersis propositionibus: omni a ex necessitate non inesse b, & pariter omni c non inesse b. Et similiis demonstratio fuerit si ad cōponatur priuatiua necessaria. ¶ Tertia conclusio. Si vtræque propositiones, vniuersales ponantur affirmatiuæ: nullus erit syllogismus. Nam manifestum est, nec syllogismum fore priuatiua de inesse nec priuatiua necessarij: ob id ipsum quātū nulla propositio superius fit priuatiua, nec quidem affirmatiua aut de inesse aut necessaria, sed nec priuatiua prius definiti contingens. Nam sic se habentibus terminis: vt sit album, b cygnus, homo, ex necessitate omni c nō inerit b. Nec q; qui dē erit villus contingentiū cōtraiacentē affirmatiouā: quia mōstratū est cōficiēt ex necessitate nō inesse b. Nō fit igitur villus hmōī syllogismus. ¶ Quarta conclusio. Ut syllogismi vniuersales de necessarij & contingentiū sint, aut nō sūt similiter & res in particularibus syllogismis se habebit. Et haec ex sequentiis erit agnita. ¶ Quinta conclusio. Quando vniuersaliſ priuatiua fuerit necessaria, & particularis affirmativa contingens: semper erit syllogismus: & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est non inesse. Id per conuersationem ut precedentium demonstrabitur. ¶ Sexta conclusio. Quando vniuersaliſ affirmativa fuerit necessaria, & particularis priuatiua contingens: nunq; fit syllogismus, nec necessarij nec contingens prius diffiniti, eodem mō quo in vniuersalibus & per eosdem terminos: id ostenditur. ¶ Septima conclusio. Necq; vtræque una affirmativa, vniuersaliſ & particularis, vna quidem necessaria altera vero contingens: cōficiēt fit syllogismus. Nam & huius eadem est demonstratio: & in superioribus adducta est. ¶ Octava conclusio. Quando autē vtræque priuatiua & vniuersaliſ priuatiua necessaria est, particularis vero priuatiua contingens, per ea quæ sumptu sunt nichil appareat necessariū: fit syllogismus quemadmodum in prioribus elusionibus, & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est non inesse. ¶ Nonā conclusio. Si vtræque indefinite, vel vtræque particularis vel viciſſit, indefinite ac particularē, sumptu nullus erit syllogismus. Demonstratio eadem & per eosdem terminos est que & in superioribus. ¶ Primum correlarium. Qud fit exploratū, vt vniuersaliſ priuatiua posita necessaria: & per fiat syllogismus non modo eius quod est contingere non inesse, sed & eius quod est nō in esse. Arpolita affirmativa necessarij nunq; fit illo mo. ¶ Secundum correlarium. Fit etiam vtræque habentibus terminis, & in necessarij & non in essent, cum contingentiū propositiōnibus mixtis: similiter fiat, & non fiat syllogismus. ¶ Tertium. Palam etiam euasit, quoniam omnes huius figuræ syllogismi sunt imperfecti: quia oēs per ante dictas figurās perficiantur.



Numero. 120

Numero. 83.

Numero. 133.



Ex numero. 122.



De syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura. Cap. XIX.



N postrema autem figura & vtrisq; contingentibus & altera: erit syllogismus. Quando ergo contingere significant p positiones: & conclusio erit contingens. Et qn hæc quidem contingere, illa vero inesse, similiter erit syllogismus. Qn autem altera ponitur necessaria si affirmativa quidem non erit cōclusio, neq; necessaria neq; inesse. Si autem priuatiua: eius quod est non inesse erit syllogismus, quemadmo dum in prioribus. Sumendum autem & in his similiter quod est in conclusioni bus contingens. Sint ergo primum contingentes, & a & b contingent omni c in esse, quoniam ergo conuertitur affirmativa particulariter, b autem, omni c contingit. & c, alicui b contingit, quare si a quidem, omni c contingit, c aut, alicui b, & a, alicui b contingit, fit enim prima figura. Et si a quidem, contingit nulli c in esse, b aut, oī c contingit, necesse est a, alicui b contingere non inesse. erit enī rursū prima figura per conuersationem. Si autem vtręq; priuatiuae ponantur, exhibet quidem que sumpta sunt non erit necessarium, conuersis autem propositionibus erit syllogismus, quemadmodum in prioribus, si enim a & b contingunt non inesse, si transmutatur contingere non inesse, rursus erit prima figura per conuersationem. Si autem hic quidem terminus est vniuersalis, illa vero particularis, eodem modo se habentibus terminis quo inesse, & erit & non erit syllogismus, contingat enim a quidem, omni c, b autem, alicui c inesse, erit ergo rursus prima figura particulari propositione conuersa, nam sia, omni c, c autem, alicui b, & a, alicui b contingit. Et si ad b c ponatur vniuersale, similiter. Similiter autem & si a c quidem priuatiua sit, b c autem affirmativa, erit enim rursus prima figura per conuersationem, si aut vtręq; priuatiue ponatur, hec qdēque sunt non erit syllogismus, conuersis autem propositionibus erit, quemadmodum in prioribus. Qn aut vtręq; in definiti vel particulares sumunt, non erit syllogismus, etenim necesse est a, oī b & nulli inesse. Termini inesse, aīal, hō, albū, non inesse, equus, hō, albū, mediū, albū,

Decimoni Cap. nōr.

Quod i cōclusiōib⁹ cōsūmunt cōtigēs, quia scz aliqñ p cōtigētī nō necessario & aliqñ p cōtigētī cōsūmuntur, quēadmodū & i syllogismis ad quoseis modi syllogismi reducuntur.

Syllogismi mēri contingentes tertiae figuræ.

	I	I	I	Con.
a	I	I	I	Con.
i	I	I	XV	I
c	I	I	XXXII	Con.
a	I	I	I	Con.
o	II	IX	XVI	I
i	I	I	I	Con.
a	I	I	I	Con.
i	III	X	XVII	XXIII
a	I	I	I	Con.
i	I	I	I	Con.
i	IV	XI	XVIII	XXV
o	I	I	I	Con.
a	I	I	I	Con.
o	V	XII	XIX	XXVI
c	I	I	I	Con.
i	I	I	I	Con.
o	VI	XIII	XX	XXVII
a	I	I	I	Con.
a	I	I	I	Asyllogisti v superiores facile
o	VII	XIII	XXI	eliciuntur.



PARAPHRASIS CAP. DECIMINONI.

Eicūmūnonū Cap. syllogismi ex ambabus propositionibus cōtingentibus in tertia figura conclusione octo. Prima. Vtrisq; propositionibus contingentibus & altera solum contingente, erit tertia figura syllogismus. Secunda. Quando vtręq; propositiones sunt contingentes: & conclusio erit cōtingens. Tertia. Et quando altera contingere, altera vero inesse significat, & cōtingens erit syllogismus. Quarta conclusio. Quando altera propositionū neccularia est, & affirmativa, conclusio neq; neccularia est/neq; eius quod est d inesse. Quinta. Si autem priuatiua: sic neccularia, erit syllogismus & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est non inesse, quēadmodum & in prioribus. Et sumendum quēadmodum & in superioribus, quod in conclusionibus collocatur consummari contingens. Nunc autem secunda conclusio monstranda est. Et esto primum ut omni c contingat inesse a & similiter omni c contingat inesse b dico alicui b contingere inesse a. Nā quia vniuersalis affirmativa contingens conuertitur particulariter & omni c contingit inesse b, etiā & alicui b contingat inesse c. quartus omni c contingit inesse a & alicui b contingit inesse c, vt & alicui b contingat inesse a operat. fit enim prima figura. Similiter si omni c contingit non inesse a, & omni c contingit inesse b, ex necessitate evenit ut alicui b contingat non inesse a. Nam conuersa cōtingente vniuersali affirmativa, fit rursus prima figura. Sexta conclusio. Si vtręq; propositiones cōtingentes & vniuersales priuatiuae ponantur, ex his que sumpta sunt nibil apparet neccularium, fieri tamē conuersis propositionibus quēadmodum & in prioribus syllogismus. Ut si omni c contingit non inesse a, & omni c contingit non inesse b, mutetur contingere non inesse in suam scilicet affirmationem, fieri denū terminorum conuersione prima figura. Septima conclusio. Si unus terminorum vniuersaliter enūctetur, & alter particulariter, eodem modo se habentibus propositionibus quo & in vniuersalibus syllogismis, similiter & erit & non erit syllogismus. Ut si omni c contingit inesse a & alicui b contingit inesse b, dico quia alicui b contingit inesse a. Nā conuersa particulari affirmativa in terminis, erit rursus prima figura. Nam si omni c contingit inesse a & alicui b contingit inesse c, gitur & alicui b contingit inesse a. Et timile subi iudicium posito vniuersali affirmativo ad minus extremum. Et simili modo si ad maius extremum ponatur vniuersalis priuatiua & ad minus affirmativa particularis. Nā rursus per particularis conuersionem / prima conflabitur figura. Et si vtręq; priuatiuae ponantur haec vniuersalis, illa vero particularis per sumptu non apparet syllogismus, conuersis nihilominus propositionibus quēadmodū & in prioribus erit syllogismus. Octava conclusio. Quādo vtręq; indifinita aut vtręq; particulares sumuntur contingentes aut mixtū atq; mi celaneae indefiniti & particulares: nullus erit syllogismus. Nam datur termini in quibus maius extremū minori & omni ex neccitate inest, & in quibus ex neccitate nulli. Termini ex neccitate omni inesse, animal, homo, album, ex neccitate nulli inesse, equus, homo, album, medium autem album. Conclusiones tertia, quarta, & quinta suis in locis in sequentibus capitibus monstrabuntur.

Mixtio contingentes & inesse in tertia figura.

I autem hæc quidem propositionum inesse, illa autem contingere significet, conclusio quidem erit quoniam contingit & non quoniam inest. syllogismus autem erit eodem modo se habentib⁹ terminis quo & in priorib⁹. Sint enim primum prædicatiue: & a quidem: omni c in isti: b aut oī c contingat conuersa ergo b c, erit prima figura & conclusio qn c contingit a: alicui b inesse. cū enī altera propositionū i prima figura si significabit cōfigere, & cōclusio erit cōtigēs. Similiter aut & si b c quidem inesse, a caūt cōtigēt inesse. Et sia c qdē priuatiua, b caūt p̄dicatiua: i sit aut alterutra vtręq; cōtigēs erit conclusio. Itēm rursū prima figura, ostensu est aut qn si altera propositionis significet contingere in prima figura, & cōclusio erit contingēs. Si autem cōtigēs priuatiua ponatur ad minorē extremitatē, vel si vtręq; ponat priuatiua, per ea quidē quæ posita sunt non erit syllogismus, conuersis aut erit quēadmodū & in prioribus. Si aut hæc quidem propositionū sit vniuersalis / illa vero particularis: vtręq; quidē p̄dicatiuis / aut vniuersali quidem priuatiua / particulari autem affirmativa, idem modus erit syllogismorū. omnes enim clauduntur per primam figuram. quare manifestum quoniam eius quod est contingere, & non eius quod est inesse erit syllogismus. Si autem affirmativa quidem vniuersalis / priuatiua autem particularis per impossibile

